



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Cap. IV. Quæ Axiomata in via unitiva præcipuè observanda sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

QUÆ AXIOMATA IN VIA UNITIVÆ
PRÆCIPUE OBSERVANDA SINT.

I. **P**rimum est: *Summa hominis perfectio est, eorum status sui opera perfectè facere: cum enim omnes in Mundo velut theatro maximo Spectaculum DEO, Angeli & Hominibus facti simus, non aliud à nobis exigitur, quam ut Personam à DEO attributam bene sustineamus: hæc Persona nil aliud requirit, quàm ut communia; quæ statui suo conformia opera quisque sedulo & accuratè faciatur; unde ex variis historiis compertum est, sæcularibus quoque Personas, & Opificio vel alteri humili statui admodum Macariis, aliisque sanctissimis viris in merito ac sanctè æquales à DEO fuisse declaratas.*

II. Alterum est *Summa Christiani perfectio, Christi imitatio: Nam cum Christus sit Idea perfectissima omnium perfectionis ac sanctitatis, meritò tantò quisque perfectior fierendus est, quantò perfectius huic Ideæ se conformabitur. Hinc S. Bernardus serm. 22. in Cant. verè dicitur: *in cassum laborat in acquisitione virtutum, qui eas à seipso Christo quarit. Et S. Bonaventura in quodlib. serm. 10. hortatur: *Hac sit Sapiëntia & meditatio tua & studium per aliquid de ipso (Christo) cogitare, unde vel potius imitandum eum, vel ad amandum ipsum excitari. Quis enim se quisque ei in virtutis imitatione hic conformaverit, tantò ei in prima gloria & claritate appropinquabit, melior erit.***

III. Tertium: *Vnus Vni: ut olim piissimus Franciscanus dicebat: Unde non immeritò S. Bernardus super Psal. 45. Ecce, inquit, *viam vitæ: à multis dicitur: *Ecce viam mortis: ab uno ad multa. Sed & famulos ex Eremiticis dicere erat solitus, Nunquam in amorem quietum, nec in re quâpiam contentum invenimus, nisi hoc sibi persuadeat, præter DEVM & ipsius amorem.***

IV. Quartum: *Non vivitur in amore sine delectatione: amare DEVM non potest, nisi qui sibi, & cupiditate*

tus est, hoc autem contingere non potest sine grandi dolore, atque adeo etiam dolore; unde merito quidam amorem rosis inter spinas crescentibus comparat. Hinc S. Teresa semper dicere erat solita; aut pati, aut mori. Et S. Maria Magdalena de Pazzis purissimum semper fel desiderabat. Sed & S. Ignatius lignum crucis aptissimum esse dicebat ad amoris ignem fovendum.

V. Quintum: *Non affectus, sed effectus probat amorem*: quia affectus solitariè sumptus fallere potest, non item effectus; hic enim ostendit, amorem non otiosum esse, atque adeo verum amorem judicandum. Hinc & S. Joannes monebat 1. c. 3. *Filioli, non diligamus verbo aut lingua, sed opere & veritate.*

VI. Sextum: *Summa Hominis gloria est solam DEI gloriam querere*: quia summa cuique rei gloria est, finem suum possidere; atqui hunc solus ille & unicus possidet, qui solam DEI gloriam quærit; ad hoc enim conditus est homo, ut cognoscat & amet DEVM, in quo vera DEI gloria consistit.

PARS V.

DE MODO ET MEDIIS PROFICIENDI IN SCIENTIA ASCETICA, DEQUE PRÆSTANTIA EIUSDEM.

Hætenus de natura & essentia Scientiæ Asceticæ dictum est; superest, ut nunc de modo quoque in eadem proficiendi; &, quod non parùm industriam, & alacritatem discendi acuit, etiam de præstantia illius breviter agatur, quod quidem per sequentia duo capita præstabitur.

CAPUT I.

DE MODO PROFICIENDI IN SCIENTIA ASCETICA.

Modum hunc egregiè sapientissimus Salomon exemplo suo docuit, dum Sap. 7. dixit: *Propter hoc optavi, & datus est*